



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education

(2019-2022)(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

***O 2: European Latin Language Certification – Basic
Level Multimedia Practical Tools***

TESTS

(Spain Version: 31.01.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

Nivel A: tiempo de realización 90 minutos, sin diccionario.

VALORACIÓN:

A1: 75% de la puntuación total de la primera parte (primeros 5 ejercicios 24/32); también se obtiene el A1 si el estudiante realiza ambas partes y consigue al menos 24/44.

A2: 75% de la puntuación total 33/44, de los que al menos 8 en la segunda parte (ejercicios 6-7)

Pars prima. Cornelius Sylla

Cornelius Sylla appellatus est Felix fortunae suae causa. Fuit primum quaestor, deinde praetor Romae et postea in Cilicia. Sylla consul uicit Mithridatem et praefectum eius, Archelaum. Cum uictor in Italiam redisset, Sylla interfecit eos qui ei se opponebant. Dictator dictus in ordinem reddidit rem publicam atque postea se contulit Puteolos, ubi periit.

PAGE

*

1.	Cornelius Sylla, a fortuna Felix dictus, cum paruulus a nutrice ferretur, mulier obuia: "Salue", inquit,
2.	"puer tibi et reipublicae tuae felix"; et statim quaesita quae haec dixisset, non potuit inueniri. Hic,
3.	quaestor Marii, lugurtham a Boccho in deditioem accepit. Bello Cimbrico et Teutonico legatus
4.	bonam operam nauauit. Praetor inter ciues ius dixit. Praetor Ciliciam prouinciam habuit. Bello sociali
5.	Samnites Hirpinosque superauit. Ne monumenta Bocchi tollerentur, Mario restitit. Consul Asiam
6.	sortitus Mithridatem apud Orchomenum et Chaeroniam proelio fudit, Archelaum praefectum eius
7.	Athenis uicit, portum Piraeum recepit, Maedos et Dardanos in itinere superauit. Mox cum rogatione
8.	Sulpicia imperium eius transferretur ad Marium, in Italiam regressus corruptis aduersariorum
9.	exercitibus Carbonem Italia expulit, Marium apud Sacriportum, Telesinum apud portam Collinam
10.	uicit. Mario Praeneste interfecto Felicem se edicto appellauit. Proscriptionis tabulas primus
11.	proposuit. Numerum sacerdotum auxit, tribuniciam potestatem minuit. Republica ordinata
12.	dictaturam deposuit; unde sperni coeptus Puteolos concessit et morbo, qui phthiriasis uocatur,
13.	interiit.

1. nutrix, -cis: quae alit puerum
mulier, -is: femina

3. quaestor, -is: magistratus Romanus
Marius, -i: nomen Romanus
Bocchus, -i: rex Mauretaniae
deditio, -nis: in potestatem hostis se dare
bello Cimbrico et Teutonico: bello
aduersus Cimbro et Teutones, gentes
barbarorum.

4. operam nauare: operam dare
5. bellum sociale: bellum Romanorum
aduersus socios eorum in Italia
Samnites Hirpinosque: gentes Italiae
monumentum, -i: munus ad memoriam
alicuius seruandam

6. resto, -as, -are: oppono
Asiam sortitus: accipit Asiam in sorte
Mithridates, -is: rex Ponti
Orchomenus et Cheronia: urbes Graecae
7. Maedi et Dardani: gentes quaedam
8. rogatio Sulpicia: lex rogata a Sulpicio

regredior, -ris, regredi: redeo

9. aduersarius, -i: hostis, -is
10. Praeneste, -is: urbs Italiae
edictum, -i: mandatum cuiusdam
magistratus

proscriptionis tabulae: scripta ubi erant
nomina ciuium damnatorum,
quorum bona rei publicae fiebant

11. sacerdos, -tis: qui curat res sacras et
diuinas

tribunicia potestas: potestas tribunorum
minuo, -is, -re: reduco numerum

12. ordino, -as, -are: in ordinem reddo
dictatura, -ae: eam curat dictator, cui
summum imperium est

sperno, -is, -ere, spreui, spretum: parui
facio, parum aestimo

13. Puteoli, -orum: urbs Italiae

1. Reordene las frases de acuerdo con lo que ha leído (4 puntos).

1. Marius occisus est a Sylla.
2. Sylla pugnat in Graecia
3. Bocchus tradit Iugurtham Syllae.
4. Sylla spretus est a Romanis.
5. Mario Sylla se opponit de muneribus in memoriam Bocchi uictoris.
6. Exercitus inimicorum, qui in Italia erant, corrumpuntur.
7. Tribuni Romani potestatem incipiunt habere minorem quam antea habebant.
8. Femina quaedam nuntiat Syllae eum felicem futurum esse patriae.

PAGE

*

2. Elija verdadero o falso (7 puntos)

1.	Quaedam nutrix dixit Syllam felicem futurum esse	V	F
2.	Sylla in bello aduersus Cimbro et Teutones pugnavit	V	F
3.	Telesinus uicit Marium in proelio apud portam Collinam	V	F
4.	Sylla morbo mortuus est	V	F
5.	Marius accepit imperium Syllae ob rogationem Sulpicii	V	F
6.	Carbo expulit Syllam Italia	V	F
7.	Sylla deposuit dictaturam et tunc ordinavit rem publicam	V	F

3. Elija la respuesta correcta y escriba la letra correspondiente en la tabla de abajo (5 puntos)

1. Cur est Sylla appellatus Felix?
 - a. Quia cum uirtute semper pugnavit
 - b. Quia uicit multos hostes
 - c. Quia habuit fortunam
 - d. Quia natus erat ignobili loco.
2. Vbi superati sunt Mithridatis exercitus a Sylla?
 - a. Athenis
 - b. in porto Piraeo
 - c. apud Orchomenum et Chaeroniam
 - d. in itinere
3. Quis dedit Iugurtham Syllae?
 - a. Marius dedit
 - b. Bocchus dedit
 - c. mulier obuia dedit
 - d. quaestor dedit
4. Quis est qui accepit imperium ob rogationem Sulpiciam?
 - a. Sulpicius
 - b. Sylla
 - c. Marius
 - d. Carbo

5. Cur Mario Sylla se opposuit?
- Vt seruata essent monumenta Bocchi
 - Vt superasset Hirpinos Samnitesque
 - Ne sortitus esset consul Asiam
 - Vt restitisset Mario

1.	2.	3.	4.	5.

4. Elija la respuesta correcta y escriba la letra correspondiente en la tabla de abajo (8 puntos)

- L. 2. **tibi** se refiere a:
 - nutrix*
 - femina*
 - Sylla*
 - Marius*
- L. 7. **Eius** se refiere a:
 - Asia*
 - Sylla*
 - Mithridates*
 - Archelaus*
- L. 8. **Eius** se refiere a:
 - Asia*
 - Sylla*
 - Mithridates*
 - Archelaus*
- L. 13. **qui** tiene su antecedente en:
 - Puteolos*
 - morbus*
 - Sylla*
 - coeptus*
- L. 5. **Ne** es:
 - Conjunción subordinada con valor completivo
 - Conjunción copulativa negativa
 - Conjunción subordinada con valor causal
 - Conjunción subordinada con valor final
- L. 9. El participio **regressus** se refiere a:
 - Sylla*
 - Carbo*
 - imperium*
 - Marius*
- L. 11. **se** es:
 - Acusativo singular
 - Ablativo singular
 - Acusativo plural
 - Ablativo plural
- L. 8. **Cum** es:
 - Preposición
 - Conjunción temporal
 - Cum* histórico
 - Adverbio de compañía

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.

5. Transforme las frases subrayadas conforme a la propuesta (8 puntos)

- A. L. 1. ... cum paruulus a nutrice ferretur, mulier obuia: "Salve", inquit, "puer".
Cum _____ (**constr. en voz activa**), mulier obuia: "Salve", inquit, "puer".
- B. L. 6-7. Consul Asiam sortitus Mithridatem apud Orchomenum et Chaeroniam proelio fudit.
Consul _____ (**constr. de cum histórico**) Mithridatem apud Orchomenum et Chaeroniam proelio fudit
- C. L. 8-9: cum rogatione Sulpicia imperium eius transferretur ad Marium, in Italiam regressus corruptis aduersariorum exercitibus Carbonem Italia expulit
_____ (**ablativo absoluto**) rogatione Sulpicia, in Italiam regressus corruptis aduersariorum exercitibus Carbonem Italia expulit
- D. L. 9: corruptis aduersariorum exercitibus Carbonem Italia expulit
(**constr. pasiva**) postquam _____, Carbonem Italia expulit.

Pars posterior. Quintus Sertorius

Quintus Sertorius primum in bello Cimbrico fortiter pugnauit, quam ob rem magnus honor ei tributus est. Deinde pugnauit in bello sociali, ubi perdidit oculum. Vulnera quae in iis bellis acceperat, ostendebat tamquam signa fortitudinis suae. Cum Sylla imperare regis more coepisset, Sertorius in Hispaniam se contulit, ubi cum Hispanis et cum iis Romanis qui ibi conseruerant uicit exercitus aduersum eum a Sylla missos.

1.	Quintus Sertorius, ignobili loco natus, prima stipendia bello Cimbrico fecit, in quo honos ei uirtutis causa habitus est. In prima aduersus Cimbricos pugna, licet uulneratus et equo amisso, Rhodanum flumen rapidissimum nando traiecit, lorica et scuto retentis. Egredia etiam fuit eius opera bello sociali: dum enim nullum periculum refugit, alter ei oculus effossus est; idque ille non dehonestamentum ori, sed ornamentum merito arbitrabatur.
2.	Postquam Sylla ex bello Mithridatico in Italiam reuersus, coepit dominari, Sertorius in Hispaniam se contulit. Ibi uirtutis admiratione et imperandi moderatione Hispanorum simul ac Romanorum, qui in eis locis conseruerant, animos sibi conciliauit, magnoque exercitu collecto, quos aduersum eum Sylla miserat duces profligauit.
3.	
4.	
5.	
6.	
7.	
8.	
9.	

- ignobili: non nobili, sine nobilitate
stipendium, -ii: pecunia quae militibus datur
prima stipendia facere: est primum inire militiam
- uulneratus, -a, -um: qui est uulneratus, uulnera accepit
Rhodanus, -i: flumen Galliae
- nando: nare est procedere in aquis corporis motu
traicio, -is, -ere, -ieci: transeo



lorica et scutum:

- refugio, -is, -ere, -i: effugio
effodio, -is, -ere, -ssi, -ssum: eripio
- dehonestamentum: signum turpe, quod non decet
os, oris = facies
ornamentum, -i: decus
meritus, -i: gloria
- bello Mithridatico: bello aduersus exercitum regis Mithridatis.
dominor, -aris, -ari: imperare domini more
- admiratio, -nis: bona opinio
- animos conciliare: bonos reddere animos
- profligo, -as, -are, -aui: uinco

6. Complete la paráfrasis del pasaje leído, introduciendo en los espacios en blanco el término adecuado conjugado en su forma correcta (6 puntos).

Quintus Sertorius erat natus obscuro genere. _____ militiam bello aduersus Cimbricos, ubi et fortiter pugnauit et magnam uirtutem ostensit, qua de causa honorem ei quidem tribuerunt. In prima pugna, _____ uulneribus et amisso equo, tamen Rhodanum flumen transiit cum sua lorica et scuto. In bello quoque sociali se dedit operam et, pugnans nullo periculi mortisque metu, unus oculus ei _____ in proelio. Arbitrabatur oculum amissum signum clarum esse meriti sui in proeliis pro re publica. Cum Sylla _____ exercitus Mithridatis regis et, in Italiam reuersus, _____ imperare magis domini quam consulis more, Sertorius in Hispaniam profectus est, ubi collegit exercitum fortem Hispanorum et Romanorum.

redeo, -is, -ire, -ii	eripio, -is, -ere, -pui
supero, -as, -are, -aui	accipio, -is, -ere, -cepi
coepio, -is, -ere, -i	ineo, -is, -ire, -ii
lego, -is, -ere, -i	uolo, uis, uelle, uolui

7. Trasforme las frases subrayadas conforme a la propuesta (6 puntos)

A. L. 3. Rhodanum flumen rapidissimum nando traiecit, **lorica et scuto retentis**

Rhodanum flumen rapidissimum nando traiecit ita ut _____ (**const. pasiva**)

B. L. 7-8. Hispanorum simul ac Romanorum ... **animos sibi conciliauit**, magnoque exercitu collecto

Hispanorum ac Romanorum _____ (**ablativo absoluto**)

C. L. 8-9: quos aduersus eum Sylla miserat duces profligauit

_____ aduersus eum _____ duces profligauit (**participio concertado**)

D. L. 8: animos sibi conciliauit **magnoque exercitu collecto**

animos sibi conciliauit et postquam _____